



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

65 Vt sacretur ab omnibus arciepiscopus, hæc vult.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

1 ¶ In concilio ipso hoc est initium huius capituli. Duo si praesumpserint ordinare Episcopum, &c. ac deinde tota res plenus exprimitur. Apud ceteros vero collectores eodem sermo modo habet, atque hic: Et in multis vetustis Gratiani codicibus abest.

2 ¶ Et ipse] Sic emendatum est ex originali, & ceteris collectoribus. Antea legebatur, & Episcopi, & sanctiores.

C. IV. ¶ Ceteris assentientibus cum tribus provincialibus ordinatur Episcopus.

Item Anicetus in epistola ad Episcopos Gallia.

Comprovinciales a Episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus, à tribus, iussu Archiepiscopi consecrari possunt Episcopi.

C. V. ¶ Non ordinetur Episcopus extra conscientiam metropolitanam.

Item Innocentius Papa ad Victorium Episcopum Rothomagen. epist. 2. c. 1.

Extra b conscientiam metropolitanam Episcopi nullus audeat ordinare Episcopum. Integrum enim est iudicium, quod plurimorum assensu confirmatur. Nec unus Episcopus ordinare praesumat Episcopum, ne futurum praesitum beneficium videatur. Hoc enim & synodus Nicæna constituit, atque desinivit.

C. VI. ¶ Episcopi à suo metropolitano, & ipse ab eisdem consecratur.

Item Gelasius universis per Dardaniam constituitis.

¶ Quia e per ambitiones illicitas non pudet quosdam ecclesiarum iura turbare, ac privilegia, quae metropolitanis, vel provincialibus Episcopis decrevit antiquitas temeraria praesumptione pervadere, propter quod etiam communionis Apostolicae desiderant diffidium tenere, quò scilicet ab ejus auctoritate, divinis, vel impune proprias usurpationes exerceant, non respicientes, quia aeterno iudicio rationem tam de catholica sinceritatis injuria, quam de traditionum praedictarum paternarum, non sine perpetua sint damnationis intuitu reddituri, si in hac obstinatione permanerint; charitatem vestram duximus instruendam, ut vos omnes in commune fratres, sive per Dardaniam, sive per quamque contiguam provinciam constituti, qui vos lib metropolitani vestris esse meministis, & ab eisdem substituti decernentes, d sicut vetus consuetudo deposcit, unanimiter statuti antistes: & vicissim si metropolitani humanae conditionis sorte decesserint, à comprovincialibus Episcopis, sicut forma transmisit, sacri modis omnibus censeatis; nec quemquam sibi, quod vobis antiqua dispositione concessum est, patiamini vindicare: quatenus & inter ipsas adversantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenus custodire cessetis, sicut persecutionum tempore diversarum patres nostros, constanter fecisse non dubium est.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Martini Papa.

¶ Episcopum e oportet maxime quidem ab omni concilio constitui. Sed si hoc pro necessitate aut pro longinquitate itineris difficile fuerit, ex omnibus tres eligantur, f & omnium praesentium, vel absentium subscriptiones teneantur, & sic postea ordinatio fiat. ¶ Hujus autem rei potestas in omni provincia ad metropolitanum pertinet Episcopum.

C. VIII. ¶ Non erit Episcopus, qui praeter metropolitanam sententiam fuerit ordinatus.

Item ex concilio Nicæno t. c. 6.

¶ Illud g generaliter est clarum, quod si quis praeter sententiam metropolitanam fuerit factus Episcopus, hunc

a Poly. l. 2. tit. 8. Bur. l. 1. c. 28. Pam. lib. 3. cap. 10. lvo p. 5. cap. 139.
b Poly. ibi. lvo p. 5. c. 133. Anst. l. 6. c. 56. c Anst. l. 6. c. 41. al. 39.
ex Gelasio ad Natalem Episcopum prope idem. d decedentes.]
vera lectio. e In cap. Martini Brac. c. 4. ex conc. Nicen. cap. 4.
f al. colligantur. g Anst. l. 6. c. 42. Dns. d. d. p. 1.

magna synodus diffinit Episcopum esse non oportere.

DISTINCTIO LXV.

Comprovincialium Episcoporum universaliter desideratur consensus in ordinatione Episcopi. Quod si aliqui animositate ducti contradicere voluerint, obtineat sententia plurimorum.

C. I. ¶ Si ceteris consentientibus ordinationi Episcoporum, duo vel tres contradicant, obtineat sententia plurimorum.

Unde in Nicæno concilio, c. 6.

¶ Anè si communi omnium consensu i rationabiliter probato secundum ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

¶ Consensu] Graecè legitur, ἡφ' ὧ δὲ λόγῳ ὄσση, ἡ κατὰ πλειονότητα ἐκείνη πλειονότητος. quod Dionysius veris, decreto rationabili, & secundum ecclesiasticam regulam comprobato.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Non a debet ordinari Episcopus absq; consilio & praesentia b metropolitani Episcopi. Adesse autem oportet omnes, qui sunt in provincia sacerdotes, quos per suam debet epistolam metropolitani convocare. Et quidem si omnes occurrerint, e bene, si autem hoc difficile fuerit, plures oportet occurrere. Qui autem non convenerint, praesentiam sui per epistolas faciant, & sic omnium facto consensu ordinationem Episcopi fieri oportet. Si autem aliter, praeterquam terminatum est à nobis, fuerit factum, talem ordinationem nihil valere decernimus.

2 pars. ¶ Si autem secundum canones ordinatio Episcopi fuerit facta, & aliquis cum malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

C. III. ¶ De eodem.

Item ex concilio Antiocheno, c. 19. d

¶ Episcopus non est ordinandus sine consilio, & praesentia metropolitani Episcopi, cui melius erit, si ex omni provincia congregentur Episcopi. Quod si fieri non potest, hi qui adesse non possunt, propriis literis consensum suum de ipso designent, & tunc demum post plurimorum sive per praesentiam, sive per literas consensum, sententia consona ordinetur. Quod si aliter, quam statutum est, fiat, nihil valere hujusmodi ordinationem. ¶ Si vero etiam secundum definitas regulas ordinatio celebreretur, contradicant autem aliqui propter proprias & domesticas similitudines, his contemptis, sententia de eo obtineat plurimorum. ¶ Verbis graecis multò melius respondet altera versio, quae Dionysii est. idcoq; illa consulenda.

Si autem provinciam primatum habere constituerit, nec etiam à metropolitano absque ejus conscientia Episcopum consecrare licebit.

C. IV. ¶ Absque primatus consensu metropolitani Episcopum non ordinetur.

Unde Leo Papa Anastasio Episcopo, epist. 32. al. 14. c. 6.

¶ E e persona autem consecrandi Episcopi, & de ceteri, plebisque consensu, metropolitani Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia bene placuit, scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque confirmet auctoritas. Quae rectis dispositionibus nihil mora, aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex concilio Carthagenensi, c. 27.

¶ Licet omnibus, ut inconsulto primatu cujuslibet

a In c. Martini Brac. c. 3. ex conc. Antioche. c. 19. b al. conscientia. c al. consurserunt. d Ca. ii. e Dens. d. d. p. 1. lvo p. 5. c. 348.



provincia, tam facile nemo presumat, licet cum multis
Episcopis, in quocunque loco sine ejus, ut dictum est, praec-
cepto Episcopum ordinare. ¶ Si autem necessitas fuerit,
tres Episcopi, in quocunque loco sint, cum primatis praec-
cepto ordinare debeant Episcopum.

C. VI. ¶ Unicusque ecclesie proprius honor
servetur.

Item ex concilio Nicæno, c. 6.

MOS a antiquus perdurat in Ægypto, vel Lybia,
& Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum
omnium habeat potestatem; quandoquidem & Episcopo
Romano parilis i mos est. ¶ Similiter autem & apud
Antiochiam, ceterasque provincias honor suus unicuique
servetur ecclesie.

¶ Parilis] Græcè legitur, *ἰσοδύναμις τῶν τῆς ῥωμαίων
ἐπισκοπῶν τὸ τοῦ αὐτοῦ ἐστίν*, id est, quoniam & Romæ
Pontifici hoc usitatum est. Quibus verbis nulla paritas Ro-
mani, & Alexandrini Patriarchatus induitur, ut quidam
male interpretati sunt. De qua re optime Nicolaus primus in e-
pistola ad Michaëlem Imperatorem, quæ incipit, Proposueram,
sic scripsit, Nicæna synodus noverat Romanæ ecclesie
omnia Domini sermone concessa: Si omnia, ergo de-
fuit nihil, quod non illi concesserit. Denique si instituta
Nicæna synodi diligenter inspiciantur, invenietur profecto,
quia Romana ecclesie nullum eadem synodus con-
tulit incrementum: sed potius ex ejus forma, quod A-
lexandrinæ ecclesie tribueret, particulariter sumpsit ex-
emplum. Hætenus Nicolaus. Statutum igitur fuit ita in A-
lexandrina ecclesia observandum, quia sic fiet in Romana.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, cap. 7.

Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio,
ut Alexandria, id est, Hierosolymorum & Episcopo honor
deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen
metropolitana civitati propria dignitate.

Qui vero à comprovincialibus suis cum metropolitani licentia
fuerit ordinatus, infra constituta tempora, ejus se representet asse-
ribus.

C. VIII. ¶ Metropolitanus se representet nu-
per factus Episcopus.

Unde in Taraconenſi concilio, cap. 5. legitur.

Siquis in metropolitana civitate non fuerit Episcopus
ordinatus, postquam suscepta benedictione per met-
ropolitani literas honorem fuerit Episcopi adeptus: id
optimum esse decernimus, ut postmodum statuto tem-
pore, id est, impletis duobus mensibus, se metropolitani
sui repræsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis
instructus plenius, quid observare debeat, recognoscat.
Quod si forte hoc implere neglexerit, in synodo increpatus
à fratribus corrigatur. Et si forte infirmitate aliqua, ne
hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc suis literis metropoli-
tano indicare procuret.

3 pars. His auctoritatibus datur intelligi, quod Episcopi à com-
provincialibus suis debeant ordinari. Sed quæritur, si in provin-
cia plurimi Episcopi fuerint, d. & contigerit forte unum remanere
Episcopum, quid fieri debeat. Illud, quia solus est, ordinare non
potest Episcopum, comprovinciales enim non habet, cum quibus E-
piscopum consecrare valeat. Cum ergo talis necessitas fuerit, quid
faciendum sit, in Sardiceniſi concilio definitur, in quo, cap. 5. sic
statutum legitur.

C. IX. ¶ Si forte unus tantum in provincia re-
manſerit Episcopus, ad consecrationem
Episcopi de vicina provincia
convocentur.

Si forte in provincia unum tantum contigerit re-

a Anſ. lib. 4. c. 26. Polyc. l. 2. tit. 21. b peritover.] xxi. τ. α. τ. α.
c al. Hierosolyma. d al. non fuerint. e Bar. lib. 1. c. 26. l. 100
p. 5. c. 137.

manere Episcopum, superstes Episcopus convocet Epi-
scopos vicina provincia: & cum eis ordinet comprovincia-
les sibi Episcopos. Quod si facere neglexerit, popu-
li conveniant Episcopos provincie vicinæ, & illi prius
commoneant Episcopum, qui in eadem provincia com-
moratur: & ostendant, quod populi petant sibi Episco-
pum rectorem, & doceant iustum esse, ut veniat i ipsi,
& cum eis ordinet Episcopum. Quod si literis conven-
tus tacuerit, & dissimulaverit, nihilque rescripserit, tunc
satisfaciendum est populo, ut conveniant ex vicina pro-
vincia Episcopi, & ordinent Episcopum.

¶ Capitulum hoc, quomodo refertur à Gratiano, præcipue in
priori parte, neque cum latino, quod geminum est in totius concilii
apud Burchardum, multoq. minus cum græco canone convenit: quin etiam
apud Burchardum, & Ivo nempe variè legitur. Hujus verò concilii
canones à Latinis latine, & à Græcis græcè à principio scriptos fuisse
Nicolai Papa Photii scribens in epistola, quæ incipit, Innume-
rabiliū. his verbis indicat. Quomodo autem non esse,
apud vos Sardicenses canones in solus asserere poteris,
quando non solum à latine, verum etiam cum aliis à
græca linguæ hominibus statuti sunt, & promulgati? Qua
de re credibile non est, quod ibi diffinitum est, unum-
quemque ipsorum minime propria lingua tradidisse.
Dionysius quoque exiguus in Epistola ad Stephanum Episcopum,
quæ ei suam græcorum canonum interpretationem obtulit, Sardicen-
se concilium à principio inter latinos latine editum fuisse his verbis
significat. Tunc sancti Chalcedonenſis Concilii decreta
subdentes, in his græcorum canonum finem esse de-lar-
amus, ne quid præterea notitie vestra credamur velle
subtrahere. Statuta quoque Sardiceniſis concilii, atque
Aſſicani, quæ latine sunt edita, suis à se numeris cernuntur
esse distincta.

¶ Ut veniat ipse] Tam in concilio, quod est in codice ca-
nonum, quam quod in collectione Iſidori, & apud Burchardum, &
Ivo nempe legitur, ut & ipsi veniant, & cum ipso ordinent Epi-
scopum. Græcus autem canon ita habet.

¶ Si] *Ἐπισκοπος ἐστίν. ἕαν σὺ μὲν οὐ μὴ ἐπαρχίᾳ,
ὡς ἡ πλείων ἐπισκοπῶν τυγχάνουσιν, ἐνὰ ἐπισκοπῶν
δορυμένον, κακῶς ὅτι καὶ τινὰ ἀμαρτῶν μὴ βεβηκῶς ὡς ἐπι-
σκοπῶν ἐπινοήσῃ τῆς ἐκείνου τῶν ἐπισκοπῶν, τὰ δὲ
πλείων ὡς ἀφαιρέσειν τὰ προκαλοῦντες γίνεσθαι τὴν κἀνα-
στασιλὴν παρ' αὐτῶν ἐπινοήσῃ ἐπισκοπῶν, καὶ ὡς ἐπι-
σκοπῶν ἐπινοήσῃ τὴν ἐπινοήσῃ ἐπισκοπῶν ὑπομνηστικῶς
καὶ ῥαμμῶν τὸ ἐξάρχει τῆς ἐπαρχίας (λέγω ἢ τὸ
ἐπισκοπῶν τῆς μητροπόλεως) ἐπὶ οἱ τοῦ πλείων πειμ-
νῶν αὐτοῖς δόξῃ καὶ ἡγῆσαι καλῶς ἔχει καὶ τῶν ἐκεί-
νων ἐπινοήσῃ, καὶ πειμνῶν. Ἐἰ ἢ καὶ ῥαμμῶν ἐπι-
νοήσῃ πειμνῶν, καὶ ἢ ἀντιρεαφοί, τὸ ἰκανὸν τῆ ἐπι-
νοήσῃ τῆς πλείων καὶ ῥαμμῶν, καὶ ἢ καὶ μετακαλοῦν καὶ
τὸς δὲ τῆς πλείων καὶ ἐπαρχίας ἐπισκοπῶν, καὶ
τῶν κατὰ τὴν τῆς μητροπόλεως ἐπισκοπῶν. Id est,
Osius Episcopus dixit. Si qua in provincia, in qua plu-
rimi sunt Episcopi, contigerit unum Episcopum morati
absentem, neque is propter negligentiam quandam con-
venire voluerit, neque Episcoporum creationi consente-
re, populi vero congregati postulent eum, quem ipsi
expetunt, Episcopum constitui: primum oportet Epi-
scopum illum qui absens moratur, admoneri literis pri-
matis provincia (nimirum Episcopi metropolitani) de
populorum postulato, pastorem sibi dari petentium
recte autem se habere puro, eum quoque, ut interfit,
expectari. a Quod si neque per literas rogatus assuerit,
ac ne respuerit quidem, satisfaciendum populi volun-
tati est. Convocari autem oportet ex vicina etiam provin-
cia Episcopos ad metropolitani Episcopi creationem*

a al. admitti.

